

## Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per  
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,  
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia  
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1720**

Quæst. 548. Num opera præscripta unâ eâdémque hebdomada aut etiam  
uno eodémque loco peragenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73982](#)

*c. c. ex eo. & c. dilectus de temp. ordinat. ibique Gl. v. permissa. & Abb. n. 3. Sanctarel. de jubile. c. 3. du. 2.) concessa fidelibus visitantibus certas ecclesiastias & certa pia opera peragentibus, de quibus sit*

**Quæst. 547.** *Quænam in specie opera præscripta sunt voluntibus lucrari indulgentias.*

1. **R**esp. primò in genere: Opera in jubilæo præscripta in alia pia opera saltem aliunde indebita & æqualis cum præscriptis valoris commutari possunt per confessarium cum iis, qui claustro, perpetuo carcere, captivitate, infirmitate aliòve impedimento detinentur, ut opera in Bulla jubilæi expressa vel eorum aliquod moraliter, hoc est, sine notabili aut magna difficultate peragere nequeant. Laym. l. 5. tr. 7. c. 8. num. 12. Gobat. n. 99. Wiestn. b. t. n. 179. in fine.

2. Resp. secundò in specie: Opera pletumque in Bullis jubilæi præscripta sunt sex: Primum visitatio quatuor ecclesiarum, nimis in urbe SS. Apostolorum Petri & Pauli, Basilarum S. Joannis in Laterano, & S. Mariae majoris ecclesiarum, quæ à Romanis, intellige, non tantum cibibus, sed & incolis quibuscumque Romæ per longum tempus, V.G. per annum degentibus per 30. dies continuos, vel interpolatos semel de die per forenses & peregrinos (est origine sint Romani) ibi ad breve tempus commorantibus per 15. istiusmodi dies visitanda, Castrrop. cit. p. 12. §. 1. n. 6. Gobat. num. 126. unde huic obligationi non satisficeret, qui unam harum ecclesiarum aliquo die non visitaret, etiā eam alterā die visitaret bis. Castrrop. l.c. Nav. not. 32. n. 41. extra urbem verò quatuor quoque Ecclesias aut capelle, vel pauciores, vel etiam una, si mens Papæ in Bulla expressa id patiatur, ab Ordinario loci præscripta, ita tamen, ut si plures, v.g. quinque vel sex præscripterit, non necessariò omnes visitanda, sed sufficiat tot obire, quot præscripta Romanis, eò quòd locorum Ordinarii conditionibus à Papa præscriptis alias addete non possint, ut Gobat. l. c. Wiestn. b. t. n. 184.

3. Secundum opus est oratio, intellige, vocalis quinque pater & ave, si totidem determinatè exigantur, vel etiam exigatur oratio per aliquod temporis spatiū, si tamen omnino indeterminata præcripta oratio, sufficere orationem breviorem, etiam unius pater & ave existimant. Suar. de pœnit. d. 52. f. 8. n. 5. Gobat. n. 140. quamvis suadeant longiorem. Facienda autem ea oratio ad intentionem Papæ. V.G. pro exaltatione matris Ecclesiae, pro exaltatione hæretum, concordia Principum Christianorum &c. Wiestn. num. 185. cum Dian. p. 1. tr. 11. resol. 33. & de Lugo de pœnitent. d. 27. n. 85. & alii, quos citat.

4. Tertium: Confessio secundum dicta tamen de hoc quæst. ante hanc penult. quibus addendum, quòd, si semel rite confessus, antequam cætera opera perficiat, labatur iterum in mortale, indulgentiam jubilæi lucrari possit sine nova confessione, modo cætera opera præviâ contritione compleat in statu gratiæ, cum Bulla jubilæi confessionem ad summum unam præscribat, Gobat. n. 157. Lugo num. 100.

5. Quartum: S. communio, quæ etsi in Bullis jubilæi anni Sancti non exprimatur, eam tamen ad consequendam indulgentiam illius necessariam esse, cum in cæteris jubilæis necessaria esse credatur, supponit Filliuc. apud Gobat. n. 176. Unde qui ob periculum vomitus aliudve impedimentum Eucha-

ristiam sumere nequeunt sine ea in alia pia opera commutatione indulgentias non lucrarí, ideoque pueros facilis ad communionem admittendos tempore jubilæi quam alio censet Laym. l. 5. tr. 4. c. 4. num. 3.

6. Quintum est jejunium tribus diebus, scilicet feris quartâ, sexta & Sabbatho eodem modo, cum vel sine abstinentia à laetificiis obeundum pro aliorum ab Ecclesia præscriptorum jejuniorum observatione hoc vel illo loco a fidelibus exigi solet, observandum hoc jejunium etiam à pueris alisque à jejunio ab Ecclesia præscripto quacunque de causa excusat, si indulgentias lucrari velint, licet infirmis, pauperibus, operariis, alisque sine notabili difficultate vel detramento jejunare non valentibus jejunium in alia opera pia æquipollentia communari possit; Laym. l. c. 8. n. 12. Lczan. l. c. n. 12. Gobat. n. 210. Wiestn. &c.

7. Sextum est eleemosyna, sive præstatio alicujus ex septem operibus misericordiæ corporalis, hæc enim satisfit Bullæ jubilæi præscribenti inter cæteras conditiones eleemosynam ex mente D. Tho. 2. 2. q. 32. a. 5. sufficit autem eleemosyna etiam minima, si simpliciter vel pro arbitrio vel prompt singulis charitas suggesterit, detur, Gobat. n. 219. allegatis Diana & Bonac. si tamen Bulla dicat: pro cujusque facultate, largior danda à Principibus, Magistratibus & divitibus, quam à pauperibus, aut mendicando vel labore manuum viatum querentibus.

**Quæst. 548.** *Num opera omnia præscripta unâ cædémque hebdomadâ aut etiam uno eodémque loco peragenda?*

1. **R**esp. ad primum: Opera omnia unâ cædémque hebdomadâ peragenda esse, absolute affirmant Henrig. l. 7. c. 11. n. 2. Sanctarel. de jubil. c. 7. du. 1. apud Castrrop. l. c. p. 12. n. 18. esse id vere & securius tenent Laym. l. c. c. 8. n. 10. de Lugo de pœnit. d. 27. n. 205. Gobat. n. 212. Castrrop. l. c. n. 19. quamvis addat, quòd licet hæc sententia in praxi sit tenenda, probabilitate tamen non caret, posse aliqua opera fieri in una, & reliqua in altera, dum v.g. jubilæum concessum ad duas hebdomadas; ratio autem, quòd complenda sine in una hebdomada, aut saltem id sit securius, passim assignatur illa, quòd concessio etiam liberalis jure non profit, nisi obseretur forma, & impletatur conditio in ea requisita, Arg. l. 2. & 3. ff. de donat. forma autem Bullæ jubilæi satis distet videatur requiri completionem omnium operum factam unâ cædémque hebdomadâ, dum Papa ait: *Qui ecclesiæ designatas visitaverint, & feria 4. & Sabbatho alterius ex duabus hebdomadis jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, Sanctissima communione refecti fuerint, eleemosynam tribuerint &c.* ad hæc horum verborum, si ambiguæ essent, optima interpres sic consuetudo & praxis fidelium, opera illa omnia unâ hebdomadâ peragentium & creditum, se alius non lucratorus jubilæi indulgentias.

2. Resp. ad secundum: Etsi securius fortè sit omnia opera exequi in uno eodémque loco, vel proprii domicili, vel in alio publicati jubilæi, verius tamen est lucraturum jubilæi indulgentias, si parte operum v.g. visitatione ecclesiarum in aliquo loco, reliqua impletat in alio, ad quem fortè negotiorum causâ excurrit. Laym. l. c. n. 11. De Lugo n. 124. Gobat. n. 89. ex ea ratione, quòd per præsentiam in loco publicati jubilæi quilibet in eo existens, ad cùmque veniens jus consequendi plenariam indulgentiam acquirat, eò quòd illa omnibus in eo

Oe 3  
præ-

præsentibus tempore durantis jubilæi concedatur, quo jure proinde quæsito privandus non est inde egrediens, sed illud secum deferat.

*Quæst. 549. An & qualiter durante jubi-  
leo indulgentiæ, aliæque facultates  
suspendantur aut amittantur?*

1. **R**esp. primò: Solæ plenariæ indulgentiæ etiam ad instar jubilæi concessæ à sede Apostolica durante jubilæo suspenduntur, ut constat ex *Extrav. quemadmodum. de penit. & remiss. & Bulla Gregor. XIII.* quæ incipit: *Quoniam Sancti jubilei:* quam refert verbo tenus *Nav. notab. 33. de indulg. & magna ex parte Castrop. l.c. n. 7.* quæ etiam indulgentiæ plenariæ singularibus personis concessæ, quæ alia suspensæ non erant, suspenduntur, præcipitürque, ne alia interim indulgentiæ plenariae publicentur, & in usum deducantur sub excommunicatione ipso facto incurrienda, manentibus interea in vigore indulgentiis particularibus, quin imò & indulgentiis plenariis, quæ per modum suffragii defunctis applicari possunt, saltem quæ extra jubilæum applicari nequeunt vivis, cum harum consecutio confusione jubilæi non impedit, ut cum Laym. l. 5. tr. 7. c. ult. in princ. Castrop. l.c. Sed & excipiuntur ab hac suspensione indulgentiæ plenariae concessæ Basilicæ & Ecclesiæ Urbis Romanæ, etiam sitis extra illius menia, è quod in his cœfet finis intentus per suspensionem aliarum indulgentiarum, ne videlicet à peregrinatione Romana retrahantur, dum facultates Romæ propositas domi consequi valent, Zerol. *prax. episc. v. annus San-  
ctus n. 3.* Gobat. n. 41. quos citat Wiestn. h.t. num. 195. Item non excipiuntur indulgentiæ per Bullam Cruciatæ concessæ, quia privilegia hujus Bullæ dantur per modum contractus, dum pro iis expendun-

tur duo regales. Privilegia ita concessa revocata non censentur per clausulam generalem, nec revo- cari valent, nisi factâ aliquâ compensatione; ut Le- zana, l.c. n. 5. Castrop. loc. cit. §. I. n. 10. Diau. p. I. tr. II. resol. 97. Ac denique non exceptetur indulgentia plenaria & jubilæum Compostellanum, de qua vide Castrop. cit. p. 12. §. I. n. 8.

2. Resp. secundò: Revocantur cum indulgentiis plenariis facultates omnes & indulta quæcumque concedi solita unâ cum indulgentiis jubilæi invitandi ad illud gratiâ, qualia reputantur solum ea, quorum fit mentio in *Extrav. quemadmodum.* ni- mirum facultas eligendi confessarii cum potesta- te absolvendi à reservatis, censuris, aliisque penis. Item commutandi, vel in iis dispensandi, re- mittendi seu componendi malè ablata, utpote qua frequenter concedi solent jubilæi consequendi gra- tiâ, & moraliter necessariae commodi illius conse- cutioni, unde facultates eligendi confessarii sine illa qualitate absolvendi à reservatis non suspendun- tur, uti nec, quæ habentur cum illa qualitate, mo- dò non habeantur à Pontifice vel ejus autoritate concessæ, sed concessæ ab Episcopis aliisque Prä- latis autoritate ordinariâ utentibus. Ita Castrop. l.e. n. 9. Item facultates absolvendi à reservatis &c. quas regulares aliisque habent per privilegia Aposto- lica independenter à jubilæo, ut cum communis de Lugo d. 20. n. 145. Porro hæc indulgentiarum & facultatum suspensione inchoatur ab apertione por- tae Sanctæ & durat ad ejusdem reclusionem, quarum illa fit ab initio Vesperarum Vigilia Nativitatis Domini, hæc à fine Vesperarum ejusdem Vigiliæ anno in sequente, quâ occlusione factâ indulgentia omnes, quæ erant suspensæ, statim, & sine alia Papæ innovatione vel confirmatione reviviseunt Castrop. cit. §. I. n. 13. Gobat. a.n. 50.

## TITULUS XXXIX.

### De Sententia excommunicationis, suspensionis

#### & interdicti.

#### C A P U T I.

#### *De censura in genere.*

*Quæst. 550. Quid sit censura?*

1. **R**esp. Censura, prout hoc loco accipi-  
tur, explicatiū sic definiri potest: quod sit pena spiritualis medicinalis,  
quæ potestas ecclesiastica externa fide-  
les suos delinquentes & contumaces bonorum quo-  
rundam Spiritualium usu privat ad eorum corre-  
ctionem. Dicitur primò: *Pena,* quia est privatio  
boni alicuius ob delictum.

2. Dicitur secundò: *Spiritualis:* Ad distinctio-  
nem penarum corporalium & temporalium, v. g.  
pecunia, carceris, exilii, qualis non est censura, ut-  
pote quæ nec afflictionem corporis, neque privationem  
bonorum temporalium principaliter inten-  
dit, et si quandoque privationem bonorum tem-  
poralium per accidentem & secundariò secum tra-  
hat, ut dum excommunicatio privat communione politice & forensi, ex qua privatione  
plura quoque temporalia damna excommu-  
nicato provenire necesse est, quin & fructibus  
beneficii & quotidianarum distributionum, Laym.

l. I. tr. 5. c. I. n. 1. *Suar. Tom. 5. de cens. d. I. f. 1.*  
*Hurtad. de cens. difficult. I.* Castrop. tr. 29. d. I. p. I.  
n. 2. *Avila de cens. p. I. du. 4. n. 2.*

3. Dicitur tertio: *Medicinalis:* quia non est pu-  
ra pena vindicativa. Iceleris jam patrati, cum in-  
tendat correctionem futuram delinquentis, id est,  
inobedientis potestati ecclesiastica præcipiente vel  
prohibiente aliquid sub censura. Arg. c. de sent. ex-  
com. in 6.

4. Dicitur quartò: *Quæ potestas ecclesiastica:* si-  
quidem potestas merè Secularis cum Ecclesiastica  
negotia tractare non possit, juxta can. *judicatum.*  
*dij. 89. c. decernimus. de Judic. c. si Judex h.e. in 6.*  
capax non est potestatis & juris ferendi censuras.  
*Nav. man. c. 27. n. 9.* Covar. in c. *alma. p. I. §. II.*  
n. 3. Laym. l.c. c. 3. num. 2. competit hæc potestas  
censuras ferendi potestati ecclesiastica jure divino,  
utpote collata immediata à Christo hisce verbis:  
*Matib. 16. v. 19. Quæcumque alligaveritis super  
terram. & Joan. 21. v. 17.*

5. Dicitur quintò: *Externa:* hoc est, potestas  
seu jurisdictio extendens se quoque ad forum exter-  
num,